



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eo qui matrem suam occiderit, qualiter poenitere debeat. xlvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

*De illis qui in confractione idolorum occisi fuerint. Cap. XLV.*

*Ex cōcil. Elibertā. cap. 70.* Siquis idola fregerit, & ibidem occisus fuerit, quia in Euāgeliis scriptū nō est, neq; inuenitur sub apostolis vnquā factū, placuit in numerū eum nō recipi martyrum.

*De eo qui matrem suam occiderit, qualiter pœnitere debeat. Cap. XLVI.*

*Ex epist. Nicolai papæ ad Radoldū S. Argētea Retēsis Ecclesie episcopum.* Nicolaus episcopus seruus seruorum Dei, reuerendissimo & sanctissimo Radoldo episcopo sanctæ Argētea Retēsis Ecclesie. Dū vniuersis mundi partibus credentiū agmina principis apostolorū liminibus properant, quidam vir nomine Thiothart venit vestræ beatitudinis epistolam gerens, quam nostro contulit præsulatui, cuius paginam perlegentes, matricidā illum esse cognouimus, quo facto multis fletibus lachrymisq; profusis, valde doluimus. Idcirco præcipimus & patrum aliorū censuris statuimus, vt sub pœnitentiæ iugo permaneat, ita vt vnū per annum Ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores basilicæ orans ac deprecans Deum perseueret, qualiter tanto eripiatur piaculo. Completo verò anni circulo, introeundi in Ecclesiam licentiam habeat, tamen inter audientes stet, & nondum cōmunicet. Completis autem trium annorum circulis, sacre communionis illi gratia concedatur. Oblationes verò nō offerat, nisi postquam aliorum septem annorum curricula expleatur. In his autem omnibus annis atque temporibus carnem non manducet, nec vinum bibere præsumat, exceptis festis diebus atq; dominicis, & à Pascha vsque Pētecostes, & quocunq; ire voluerit, nullo vehiculo deducatur, sed pedibus proficiscatur, arma non sumat nisi contra paganos. Ieiunet autem tres dies per hebdomadam vsque ad vesperum. A propria quidem ac legitima sua coniuge non separetur, ne fornicationis voragine corruat, quod ne fiat optamus. Si autem ante trium annorum cursum finis vitæ illius appropinquauerit, corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi participatio fiat: sin autem, vt supra statuimus efficiatur, tamen filius conuersationem & lachrymarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus & optimis operibus pululare, humanius circa eum vestra sollicitudo peruiget appareat, mitisque omnibus demonstratur. Optamus vos in Christo bene valere.